



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

In Epistol. II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

nus Athelardum Archiepiscopum, Cuthberti successorem obliquè castigat, monens, vt cum Romã vadens, Carolum Magnum, &c. visitaret, non adduceret Clericos vel Monachos versicoloribus & pompaticis vestibus indutos; q; non viderent Francorũ Clerici, nisi religiosis vestibus amictiri.

Alcuine dicor ego) *In epigrammatis Bibliorum correctioni.* fol. 7. v. 21. *prefixi, quæ extant tom. 9. Baron. ann. 778. Alcuin dicor ego. Sed cur nunc ille Alcuinus; nunc Albinus, utroq; interdũ nomine conuincto, vt inscriptio Dialogi de Rhetorica, inter XVI Rhetores veteri habet, scire quis merito cupiat. Ego, si de me quæris, causam nullam scio, nisi quod barbariem patrij nominis Romana appellatione consulidus mutarum suspicor, vt in VV. Infrido, qui Bonifacius dictus, & alijs pleriq; illius æui contigit. Pontus Heuterus, quanquam Scriptor non admodum certus & circumspectus, Alcuinum in etymis interpretatur Alwin; vndiq; rem facientem arguentemq;. Hodie nostratibus lucrum Owin. In Annalibus Franc. dicitur Alahvvinus.*

## IN EPISTOL. II.

Æthelredo regi) *Æthelredus, seu Ethelbertus, quem Polydorus lib. 4. vigesimum quartũ & vltimum Northumbrorũ Regẽ fuisse scribit, fuit à suis occisus, an. 827. 3. Kal. Maij. Licet alij de die & anno mirè discrepent: quod non huius loci examinare. Numerantur tamen etiam post hunc quidam Northumbrorum reguli Danicis temporibus. Lege Henricum Huntindoniensem lib. 4. hist. & Roger. de Houeden parte 1. Annal.* fol. 8. v. 4.

Osbaldo Patritio) *De hoc Roger. de Houeden part. 1. Annal. anno 796. Occiso Rege Ethelredo Osbald Patritius à quibusdam ipsius gentis Principib. in regnum est cõstitutus, & post 27. dies oi regis familiaris ac Principũ & societate destitutus, fugatusq; & de regno expulsus, atq; ad insulã Lindisfarnensem cum paucis secessit, & inde ad Regẽ Pictorũ cum quibusdã fratribus nauigio puenit. Et paulo post notans annum mortis, ait: Osbald quondam Dux & patritius, & ad tempus Rex, tunc verò Abbas obiit, & in Eboracensi Ecclesia sepultus est.* fol. 8. v. 5.

Hosbez-

Hosbercto Duci) Osbertum, patricium Merciorum nomina  
*Willelm. Malmesbur. lib. 1. de gest. Angl. regum. c. 3. & 4. ubi  
 duo fragmenta Epist. Alcuini ad Osbertum describitur.*

12. Amicus fidelis diu queritur, &c. ) *Clarissima femina Can-  
 gyth Epistolam quam ad S. Bonifacium Martyrē suo ex filia nomen  
 scribit, hac ipsa gnomo claudit: Amicus diu queritur, vix inue-  
 nitur, difficile seruatur. Alcuinus Epist. II. ad Carolum M. Ve-  
 rerum itaq; prouerbialis fulget sententia; Amicus diu que-  
 ritur, vix inuenitur, difficile seruatur. Et Ep. 35. repetit.*

18. Cogitate, &c. quoties euasistis mortem ) *Regno pulso,  
 duodecim annos in exilio exegit, iterumq; regnum adeptus est. Quae  
 omnia simul cum nece Ethelberti, quia ex ipsius Alcuini Epistola  
 narrat Willelm. Malmesburiensis lib. 1. reg. Angl. c. 3. hic at-  
 temus: sine quibus non intelligas totam Epistolam: \* Egbertus*

\* al. Eadber-  
 tus.

\* alij sex an-  
 nos ponunt.

\* al. Alfrivol-  
 dus.

itaq; fratris in Religione æmulus, comamq; tonsus, Osvul-  
 pho filio, illeq; post annum à ciuibus innocēter cæsus Mol-  
 loni locū fecit; Is \* vndecim annis satis impigrè regno fun-  
 ctus, insidijs Alredi occubuit. Alredus decimo regni, quod  
 inuaferat, anno cedere à comprouincialibus compulsus est.  
 Ethelbertus quoq; filius Mollonis eorum consensu Rex le-  
 uatus, quinto anno ab eisdem expulsus est. Tunc Rex \* Cel-  
 vvoldus acclamatus, post vndecim annos perfidiam pro-  
 uincialium ingemuit, sine culpa trucidatus, quod & celebris  
 apud Haugustaldum sepultura, & diuina prætenderunt mi-  
 racula. Et nepos suus filius Aleredi Osfredus succedens, viroq;  
 anno emenso expulsus, regnum Ethelberto ( qui & Athel-  
 redus dictus est ) euacuauit. Is filius Mollonis ( qui quoq;  
 Ethelvvoldus vocabatur ) fuit, regnumq; post duodecim an-  
 nos exilij recipiens, quatuor annis tenuit, quibus exactis  
 fatum superiorum effugere nō valuit misere occisus. Quo-  
 re offensi plures Episcopi & Optimates à patria fugere. Quo-  
 dam merito plexum affirmant, eò, quod in occisione inuol-  
 Osv-

Ofredi, consensum suum obligauerit, cui sufficere potuerit, quod principatu eiectus Sedemilli restituerit. De huius regni exordio **ALCVINVS** ita memorat: Benedictus Deus, qui facit mirabilia solus. Nuper Athelredus filius Ethelwoldi de carcere processit in foliū, & de miseria in maiestatem; cuius regni nouitate detenti sumus, ne veniremus ad vos, De nece ita ad **OFFAM** regem Merciorum: Sciat veneranda dilectio vestra, quod dominus Rex Carolus amabiliter & fideliter sæpe locutus est mecum de vobis, & in eo habetis fidelissimum amicum; ideo & vestræ dilectioni digna dirigit munera, & per *Episcopales Sedes* regni vestri. Similiter **ETHELREDO** Regi & ad suas *Episcoporum Sedes* dona direxit. Sed heu proh dolor, donis datis & Epistolis in manus missorum, superuenit tristis legatio per missos, qui de Scotia per vos reuersi sunt, de infidelitate gentis & nece Regis. Ita Carolus, retracta donorum largitate, in tantum iratus est contra gentem illam, vt ait, perfidam & perversam, & homicidam dominorum suorum, peiorem eam paganis æstimans. Et nisi ego intercessor essem pro ea, quicquid eis boni abstrahere potuisset, & mali machinariam fecisset.

Veridicum in verbis) *Morem, quo Alcuinus hic & passim fol. v. 2. ubi hortatur, obserua, VVillielm. Malmesbur. innuit his verbis: Ex obliquo arguens fecisse, quod ne faciant, rogat. Nam Alcuinus in Epist. ad Osbertum, quam citat Malmesbur. hæc habet: Northan regnum Northanimbrorum penè perijt propter intestinas dissensiones, & fallaces iurationes.*

Timeite illorum perditionem) *Clades Regum Britannie & fol. 12. v. 11. Northanimbrorum, fuse describit VVillielm. Malmesbur. lib. 1. reg. Angl. c. 3. Neq; vano metu male metuit illis Alcuinus, Plerosque, inquit, Malmesbur. Regum Northanimbrorum penè familiarit exitio vitam exisse. Ex paulo antè: Dictorum eius (Alcuini)*

euini) hic pleraq; intexam, quibus palàm fiat quàm cito esse post obitum Egberti regnum Northanimbriorum propter morum peruicaciam malorum, pessum icrit, inquit Malmesburienfis, qui cum ex Epistolis Aleuini varia citasset, subiungit: Plenum, vt arbitror, factum est, quantam labem, quantam pestem, obliuio literarum & lubrici mores perditorum hominum Angliæ inuexerint.

18. Cauete iniquitates) Ethelbaldo Bonifacius misit Epistolam, cuius hic partem subdam, inquit Villielm. Malmesbur. lib. 1. reg. Angl. cap. 4. vt videatur, quàm libere arguat vitia iam in gente Anglorum inoleuisse, quæ Aleuinus timebat ventura esse. *Lege illam Epistolam, dignam scitu.*

Super Ecclesiam S. Cudperti) Villielm. Malmesbur. lib. 1. reg. Angl. cap. 3. citat Epistolam Aleuini ad hunc ipsum Ethelbertum; hac inscriptione: Ad Edelredum Regem, qui certius post Egbertum regnavit. Cuius Epistola fragmentum insignis omnia declarat, quæ hic recta & inuoluta sunt. Ecce Ecclesia sancti Cuthberti sacerdotum sanguine aspersa, omnibus spoliata ornamenti, locus cunctis in Britannia venerabilior, paganis gentibus datur ad deprædandum. Et vbi primum post discessum sancti Paulini ab Eboraco Christiana Religio in nostra gente sumpsit exordium, ibi miserix & calamitatis cœpit initium. Quid significat pluuia sanguinis, quam in Quadragesimali tempore in Eboraca ciuitate, quæ est caput totius regni, in Ecclesia beati Petri Principis Apostolorum vidimus, de Borealibus domus sereno aère, de summo cœli minaciter cadere? Nonne potest putari à Borealibus partibus venire super terram sanguinem? Eandem Epistolam citans Malmesbur. in prologo lib. 3. de Pontif. Angl. ait: Hæc quidem Albinus coniecit suo tempore ventura, quæ posteritas vel per Borealium violentiam, vel propter Borealium culpam venisse liquido cognouit. Nam tempore succedente Dan

f. 13. v. 3.

HENRICA  
S. J. J.  
tom. 1.  
S. 11  
24

vastauerunt Prouinciam, inde Normanni propter Danorum aduentum efferati, quod reliquū erat, pessunderunt. Gratia sanè sunt habenda Malmesburienfi, qui de Pontif. Angl. li. 3. de Episcopis Lindisfarnensibus luculentam pro hoc argumento Alcuini Epistolam citat:

Beatissimi patris Cuthberti Ep̄i in Christo filijs Hingbald Episcopo, & omni congregationi Lindisfarnensis Ecclesie Alchvvinus salutem.

Vestræ charitatis familiaritas me multum lætificare solebat, sed versa vice vestræ tribulationis calamitas, licet absentem, multum me contristauit; quod Pagani contaminauerunt Sanctuaria Dei, & fuderunt sanguinem Sanctorum in circuitu altaris, calcauerunt corpora Sanctorū in templo quasi sterquilinum in platea. Quæ est fiducia Ecclesijs Britannia, si sanctus Cuthbertus cum tanto Sanctorum numero suam non defendit Ecclesiam? & cætera: Quibus hortatur, ne à moribus antecessorum degeneres, vestium luxui & gulae intemperiei professionis suæ reuerentiam decolorent. Per transgressionem diuinæ Legis accidisse talia, accessuraq; deteriora, si perseuerandum in vetitis putauerint. Adjicit etiam in Epistole calce: Cum dominus noster Rex Carolus hostibus per misericordiam Dei subditis domū reuertetur, nos Deo iuuante ad eum venire disponimus, & si quid tunc vel de pueris, qui in captiuitatem ducti sunt à Paganis, vel de alijs necessitatibus nostris proficere poterimus, diligenter ad effectum producere curabimus. *Hæc ex Malmesbur. Lege Regum de Houeden parte 1. Cnal.*

## IN EPISTOL. III.

Dauid Regi) Carolum Magnum nomine Dauidis intelligi, certū est ex Villielmo Malmesburienfi lib. 3. de Pontific. Angl. li. 1. de gest. Regum Angl. cap. 3. vbi citatur hæc epi. inscripta Karolo

LIII 2

rolo